



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

57 Episcopi, à quibus irregularitatibus possint dispensare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

56 Et Papa est supra jus humanum, quod etiam declarare, immutare, ac illi derogare potest, *clement. ne Romani, in princip. de elect. & Innocent. in cap. 2. in fin. de bigam.*

57 Episcopi † ab omnibus irregularitatibus ex delicto occulto provenientes, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum, possunt dispensare, concil. Trident. cap. 6. de reform. § 24.

Et de jure communi, ante concil. Tridentin. pluribus aliis casibus, Episcopi dispensare non possunt, de quibus per gloss. 1. in cap. miror. 50. distinct.

In quibus autem possit, vel non possit Episcopus dispensare, tradit Gregor. Sayr. in Thes. cas. cense. cap. 7. eod. lib. 7. & dispensatio ab irregularitate, auctoritate ordinaria hoc modo fieri debet.

58 † Auctoritate. N. in hac parte tibi concessa, & mihi commissa.

Ego dispenso tecum super irregularitate, vel irregularitatibus, quam, vel quas contraxisti, vel (si res esset dubia) si contraxisti, ex tali casu (quam confessarius

exprimere debet,) & restituo te ad legitimos actus. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

Eidem Trinitati laus sit sempiterna, & Domino Nostro Iesu Christo salutis nostræ auctori gloria, cujus gratia, ac benignitate, Beatissimæque ejus Genetricis auxilio ab operis hujus initio, usque in finem adjutus, & illuminatus me reduxi.

Aternus honor sit Quadraginta Laureatis Martyribus, in quorum laudem hæc quadraginta rerum capita (quod numerus, qui honori semper fuit habitus, eidem numero responderet) illorum favore, ac patrocínio, quod apud Deum assidue imploro, favente numine, tandem compilata, & absoluta fuere.

Quæ tamen omnia cuique fideli melius sentienti, ac præcipue censure, & correctioni Sacrosanctæ Romanæ, & Universalis Ecclesiæ, in omnibus, & per omnia supposita, ac subjecta esse volo: in cuius gremio, ac unione, dum vivam, permanere, ac pro ea, si opus esset, sanguinem ipsum fundere constituo, ac testor; cujus auctoritati, atque iudicio inconcusso, animo semper adhæreo, eique me ipsum toto corde committo Laus iterata Deo.

PARS QUARTA.

DE EMPHITEVSI ECCLESIASTICA.

Cap. I.

SUMMARIUM.

1 Transactio cum emphyteuta ecclesiastica, quam ipse possidet, non va-

detur alienatio: potest fieri de bonis ecclesiæ nondum incorporatis, ibidem.

AAAA 3

Secus